BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 328v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



uestimenta sua. et puluerem iactan
tibus in aerem iussit tribunus e
um deduci in castra et flagell' cedi
et torqueri eum ut sciret propter quam
causam sic acclamarent ei. Et cum
astrinxissent eum loris dixit astanti
sibi centurioni paulus. Sic homi
nem romanum indempnatum li
cet uobis flagellare. Quo audito
centurio quod ciuem romanum se
esse dixit accessit ad tribunum et nunci
auit ei dicens. Quid acturus es. Hic
enim homo ciuis romanus est. Acce
dens autem tribunus dixit illi. Dic
michi si tu romanus es. At ille dixit
Etiam. Et respondit tribunus
Ego multa summa ciuilitatem hanc
consecutus sum. Et paulus ait. E
go autem et natus sum. Protinus e
go discesserunt ab illo qui eum tor
turierant. Tribunus quoque timuit pro
quam rescuit quia ciuis romanus
esset quia ligasset eum. Postera autem
die uolens scire diligencius qua
ex causa accusaretur a iudeis sol
uit eum et iussit sacerdotes conue
nire et omne concilium et produ
cens eum statuit inter illos.
Intendens autem XXIII
in concilium paulus ait. Viri fratres
Ego omni consciencia bona conuer
satus sum ante deum usque in hodi
ernum diem. Princeps autem sacer
dotum annas precepit astantibus
sibi percutere os eius. Tunc paulus
ad eum dixit. Percutiet te dominus
deus paries dealbate. Et tu sedens
iudicas me secundum legem et con
tra legem iubes me percutere. Et
qui astabant dicebant. Summum
sacerdotem dei maledicis. Dixit
autem paulus. Nesciebam fratres quia
princeps sacerdotum est. Scriptum
est enim. Principem populi tui non male
dices. Sciens autem paulus quia una
pars esset saduceorum et altera pha
riseorum exclamauit in concilio. Viri
fratres. Ego phariseus sum filius
phariseorum. De spe autem et de resur
rectione ego iudicor. Et cum hec dixisset
facta est magna dissensio inter phari
seos et saduceos. Et soluta est multi
tudo. Saducei autem dicunt non esse
resurrectionem mortuorum neque ange
lum neque spiritum. Pharisei autem utraque
confitentur. Factus est autem clamor
magnus et exsurgentes quidam pha
riseorum pugnabant dicentes. Ni
chil mali inuenimus in homine isto
Quid si spiritus locutus est ei aut an
gelus. Et cum magna dissensio facta
esset timens tribunus ne discerperetur
paulus ab eis iussit milites descen
dere et rapere eum de medio eorum
ac deducere eum in castra. Sequen
ti autem nocte assistens ei dominus
ait. Constans esto. Sicut enim testi
ficatus es de me in iherusalem sic opor
tet te rome testificari. Facta autem die
collegerunt se quidam ex iudeis
et deuouerunt se dicentes neque man
ducaturos neque bibituros donec oc
ciderint paulum. Erant autem plus
quam xl uiri qui hanc coniurationem